Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36815
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



in occidente regnans. post multa fortiter ⁊ reliosissime
gesta interficitur suis prodentibus a maximo britannie
tiranno. Theodosius beneficiique graciani non immemor
ut in hac uindicta placaturus dominum. in honorem domini ul
tus est totis regni uiribus sanguinem iustum. Item Ualentini
anus frater eiusdem graciani in ualidę adhuc ętatis prematura
libertate stimulatus. latente quę incitauerat causa. uitam
laqueo finiuit. Eugenius quidam sibi mox locum usurpa
uit defuncti. Inflamatus in ultionem tantę presumptionis
theodosius. sciscitatur dei uoluntatem. per eum qui ⁊ prioris bel
li uinctoriam ei predixit iohannem scilicet monachum. Non quidem
in bellico apparatu. sed in sola omnipotentis gratia quam per
nox precepulsabat confisus. bellum cum eugenio init. uicit.
uicto non pepercit. sed uinctis post tergum manibus. ante pedes
theodosii adducto. idem uitę et certaminis finis fuit.
Excedunt numerum exempla. quibus ex ipsius saluatoris
oraculo persepe iussum est. ut nequitię resistatur. non cedatur. de
bellandam hanc. non tolerandam. calcandam. non honorandam.
Est enim regum ⁊ aliquem modum principatum in imperante nec xpi
anitatis et ęcclasticę maiestatis impio in excommunica
tos ⁊ in hostes ęcclę publicos. gladium persecutionis euagi
nare. non delinquentibus qui iusticię gratia persequuntur. sed qui in
iusticię patrocinando persecutionem merentur. Hinc augustinus
ad bonifacium. Quo modo ergo reges domino seruiunt in timo
re. nisi ea quę contra iussa domini fiunt reliosa seueritate pro
hibendo atque plectendo. Sicut seruiuit ezechias lucos
et templa idolque ⁊ illa excelsa quę contra precepta dei fuerant
constructa destruendo. sicut seruiuit iosias talia ⁊ ipse fa
ciendo. sicut seruiuit rex niniuitarum uniuersam ciuita
tem ad placandum dominum compellendo. sicut seruiuit darius
idolum frangendum in potestatem danieli dando ⁊ inimi
cos eius leonibus ingerendo. In hoc ergo seruiunt domino reges
inquantum sunt reges. cum ea faciunt ad seruiendum illi. quę